Item relicta *Friderici Valchenstainerii* tenuit *Hochrœvt* tres curias pro LXXII. lib. Item vaccariam in *Ayche* prope *Landshût* pro L. lib.; pro hiis habuit instrumenta. Item tenuit *Oberdorf*, *Haide*, *Engelpoltsried*, *Ottenperig*, *Diezzenpach*, *Chrœfling*, *Gôgenperig*, *Haimchinden* pro C^m. lib., super quibus caruit instrumentis; volebat tamen probasse, sed dux credidit. De hiis dicebat, sibi dedisse ducem pro dotalicio L. lib., et pro seruicio mariti in *Chetnam* L. lib. Summa eius CC. lib. XXII. lib. Remisit C^m. lib. Remanent ei C^m. lib. XXII. lib. Pro hiis tenet *Hochrœvt* tres curias omni jure, que soluunt XI. lib., XXX. denarios. Item tenet *Haimchinden* omni jure; estimatur ad IX. solidos. Cetera omnia sunt soluta.

Digitized by Google

Item *Petrus* et fratres eius pueri *Hellonis* tenuerunt quatuor feoda in *Chonelbach* et quatuor in *Havssperig* ex parte patris sui racione dotalicii pro XX$^{ti.}$ lib. Caruerunt instrumento sed probauerunt. Item dicebant, ducem sibi esse obligatum in XX$^{ti.}$ lib., quod tamen non poterant probare. Pro XX$^{ti.}$ lib., quas testimonio obtinuerunt, tenent in *Obernchonelbach* duo feoda omni jure, alia duo feoda ibidem et quatuor feoda in *Havsperig* sunt soluta.

Item *Nevnchircher* tenuit curiam in *Rotenpach*, caruit instrvmento et testimonio, et ideo libere est soluta.

Item *Seybot* de *Vrlevgsperig* tenuit stevram de hominibus in prediis suis, residentibus in judicio *Vilshofen* et *Helngersperig* pro XXX. lib. Item tenuit vnum feodum in *Chonelbach* pro X. lib. Summa eius XL. lib., remisit X. lib., remanent XXX. lib., pro hiis tenet stevram et nachtseld de hominibus suis in predictis judiciis. *Chonelbach* feodum est solutum.

Nota placita *Perchtoldi* notarii de *Strvbinga*. Primo tenuit *Obernhirsperch*, *Mitternhirsperch*, *Nidernhirsperch*, *Entpogen* tria feoda, *Hvntzrvkk* feodum, *Perig feodum*. Item in judicio *Strvbing* tenuit *Ebling* et *Chessnach*, omnia pro C^{m} lib. LXXXI. lib. Item dicebat, se habere in eis LX. lib., de quibus non habuit instrumentum. Hec omnia remisit et solum modo tenet exnunc pro persona sua XX$^{ti.}$ lib. de stevra ciuitatis in *Strvbinga* et piscinam apud ciuitatem et *Vndergries*.

266 b.]

Item *Rôtenpach* de areis, quas tenuit *Chûnradus Chamerær*, dimidia lib. est soluta, quia non comparauit.

Item *Ott Zollinger* tenuit *Wischelburch* VII. modios tritici et ad *sand Michelspûch* I. modium tritici et ad quemlibet modium XV. denarios. Caruit instrumento et testimonio, et ideo sunt soluta.

Item abbas de *Metem* tenuit pro LXXVIII. lib., XVI. scaffas reddituum annuatim; de aduocacia IX. solidos, XVI. denarios, sed dicitur, quod magis soluat. Item tenuit piscarias apud claustrum super *Swartzach* cum omnibus suis attinentiis. Tenuit ea XXIII. annos; pro tritico XII. lib. et pro stevra XV. lib. Summa XXVII. lib. reddituum; remisit XVIII. lib., remanent LX. lib. Pro hiis tenet

Digitized by Google

VI. lib. reddituum de tritico et primo in *Ror inferiori* de hûba I. modium tritici et XV. denarios. Item in *superiori Ror* I. modium XV. denarios. In *Rinchofen* II. modios, XXX. denarios. In *Hôhenrain* de duabus curiis II. modios, XXX. denarios. In *Rotenmonn* de vna curia I. modium, XV. denarios. In *Otzing* de duabus curiis II. modios, XXX. denarios. In *Perchaim* II. modios, XXX. denarios. In *Staufferdorf* duos modios, XXX. denarios. In *Furt* medium modium, VIIł. denarios. In *Emphchofen* medium modium, VIIł. denarios. In *Havnchofen* II. modios, XXX. denarios. Summa XVI. mod., qui faciunt octo scaffas. Summa denariorum vna lib. et duo denarii.

[f. 267.

Predia soluta in eodem judicio Tekkendorf.

Et primo officium vor dem *Hag.*

Primo de stevra in *Perchtreiching* tribus vicibus VI. solidos [*Tenent Egkerii*].

Item *Walting* XI. metretas siliginis, LXXX. metretas auene, [*Georı*] XXV. denarii, I. schôt lini. [*Levbolfinger*].

Item *Mêtreiching* tria feoda et in *Prokk* I. feodum, et *Eltperig* medium feodum, soluunt omnia IX. modios auene, XXXVIIII. metretas siliginis, [*Georı*] V. solidos minus VI. denariis, IIII$^{or.}$ schôt lini. [*Levbolfinger*].

Item *Rormêss* septem feoda XXI. metretas siliginis et XII. modios auene. [*Levbolfinger*].

Item *Ortzing* octo feoda LXXII. metretas siliginis, XI. modios auene, [*Georı*] mediam lib. denariorum et VIII. denarios VIII. schôt lini.

Item *Chræfling* septem feoda XVIII. metretas siliginis, XIIII$^{or.}$ modios auene, [*Georı*] V. solidos denariorum, VI. schôt lini. Ibidem feodum, VI. metretas siliginis, II. modios auene, [*Georı*] L. denarios, II. schôt lini. [*Levbolfinger*].

Item *Prevhavsen* duo feoda VI. metretas siliginis, LXXX. metretas auene, [*Georı*] XL. denarios, II. schôt lini. [*Levbolfinger*].

Digitized by Google

Item *Tanperig* duo feoda VI. metretas siliginis, IIII$^{or.}$ modios auene, [*Georı*] XX. denarios, II. schôt lini. [*Levbolfinger*].

Item *Winden* IX. feoda, de hiis soluta XX. lib. cere [*in* Purificacione] vel X. solidos denariorum, XII. metretas siliginis. [*Levbolfinger purchuta*].

Item *Diezzenpach* IIII$^{or.}$ feoda XII. metretas siliginis, IIII$^{or.}$ modios auene, [*Georı*] mediam lib., IIII$^{or.}$ denarios et IIII$^{or.}$ schôt lini. [*Levbolfinger*].

Item *Engelpotsried* duo feoda II. modios auene. Ibidem selda X. metretas auene, X. denarios.

Item *Swartzenperig* duo feoda VI. metretas siliginis, II. modios auene, [*Georı*] XL. denarios. [*Satelpoger*].

[*Nota quod Chênrat Satelpoger tenet pro L. lib. denariorum sub forma reemptionis Swærtzenperig duo feoda in Entpogen tria, in Chlaffenperig de feno XXXII. denarios, Hentzrvkk vnum feodnm, Ottenperig duo feoda omni iure, excepto judicio et stevra. Datum M^{mo}·CCC$^{mo.}$ tricesimo. Dyonisii.* (9. Octob.)].

Item *Obernhirsperch* V. feoda XV. metretas siliginis, VIII. modios auene, minus VI. metretis, [*Georı*] VI. solidos denariorum et V. schôt lini. [*Chamerawer*].

Item *Mitternhirsperch* duo feoda VI. metretas siliginis, III. modios auene, X. metretas, [*Georı*] LXXII. denarios II. schôt lini. [*Chamerawer*].

Item *Nidernhirsperch* duo feoda VI. metretas siliginis, LXXX. auene, [*Georı*] LXXII. denarios et II. schôt lini. [*Chamerawer*].

Item *Entpogen* tria feoda IX. metretas siliginis, V. modios auene, minus X. metretis, [*Georı*] mediam lib. denariorum minus XII. denariis, III. schôt lini. [*Satelpoger*].

Item in *Chaffenperig* quoddam wismad [*Georı*] XXXII. denarios. [*Idem*].

Item *Gigenperig* duo feoda VI. metretas siliginis, II. modios auene, [*Georı*] LXVI. denarios, II. schôt lini. [*Chamerawer*].

Item *Hentzrukk* III. metretas siliginis de vno feodo et II. modios auene, [*Georı*] XXXVI. denarios, I. schôt lini. [*Satelpoger*].

Digitized by Google

Item *Ottenperig* duo feoda VI. metretas siliginis, IIII$^{or.}$ modios auene, [*Georι*] LXXII. denarios et II. schôt lini. [*Satelpoger*].

Item *Aeltsperig* IX. feoda, III. modios siliginis minus II. metretis, XIIII$^{or.}$ modios auene minus XI. metretis, [*Georι*] I. lib. et VIII. denarios, VIII. schôt lini. [*Leobolfinger*].

Item *Grûb* duo feoda II. modios auene, [*Georι*] XXXIIII$^{or.}$ denarios. [*Tenet Geiganter*].

Item *Perig* octo feoda LXIIII$^{or.}$ metretas siliginis, XII. modios auene, [*Georι*] LXX. denarios, VIII. schôt lini.

[*Hec feoda et in Teoffenbach IIII$^{or.}$ feoda et Wernêschleins gût tenent Vl. et Petrus Ekkerii pro LX. lib. defalcando omni jure, exceptis judicio et stevra. Datum M$^{mo.}$CCC$^{mo.}$XIX$^{mo.}$* Mathie apostoli (24. Febr.)].

[267 b.

Item *Teoffenpach* IIII$^{or.}$ feoda XLIIII$^{or.}$ metretas siliginis, VIII. modios auene, [*Georι*] mediam lib., IIII$^{or.}$ denarios, IIII$^{or.}$ schôt lini. [*Tenent Ekkerii*].

Item *Chonelbach* XI. feoda, quorum vnum tantum est solutum, quod soluit XI. metretas siliginis, II. modios auene, [*Georι*] XXXI. denarios, I. schôt lini.

[*De hiis tenet Alnchouerinna X. feoda jure precario et Ekkerius I. feodum cum Perg defalcando*].

Item *Oberchonelbach* IIII$^{or.}$ feoda, quorum duo soluta soluunt XXII. metretas siliginis, IIII$^{or.}$ modios auene, [*Georι*] LXII. denarios, II. schôt lini.

Item filius *Haeslodonis* tenet vnam curiam, que soluit IIII$^{or.}$ modios auene et vnum marchlehen, I. modium auene. [*Istam nemo scit*].

Item *Reiprechting* duo feoda VIII. metretas siliginis, IIII$^{or.}$ modios auene, [*Georι*] XV. denarios.

Item *Haid* duo feoda LX. metretas auene, VI. metretas siliginis, [*Georι*] L. denarios, II. schôt lini. [*Leobolfinger*].

Item *Wolfhart* an dem *Vruâr* I. modium auene. [*Nemo scit*].

Item *Perchtold Hærinch* [*Georι*] VI. solidos denariorum. [*Leobolfinger*].

Digitized by Google

Item *Ott Flaischman* [*Geori*] III. solidos denariorum. [*Levbolfinger*].

Item von des *Nvspergers* gût, [*Geori*] V. solidos denariorum. [*Hoc feodum nemo scit*].

Item *Greising* septem feoda XII. metretas auene [*Geori*] LXX. denarios.

Item molendinum *Ortweininne* L. metretas auene. [*Levbolfinger*].

Item *Wernvschel* XXX. metrete auene [tenent *Ekkerii*].

Item *Tekkenaû* XXX. metretes auene.

Item *Helfchaim* XIIII$^{cim.}$ feoda, quorum XII. soluta, soluit quodlibet XXV. metretas tritici [*erunt CCC. metr.*] et [*Geori*] III. solidos denariorum [*erunt XI. lib. denariorum*]. [*Tenet Ch. Puchperger*].

Item *Schœching* tres curie, quarum vna tantum soluta soluit LX. metretas siliginis, LX. metretas auene, pro porcis II$^{us.}$ mediam lib., II. anseres, IIII$^{or.}$ pullos, XI. metretas vastmvs.

[*Tenet Martinus I. et sancti Martini Tetling in judicio Vilshouen defalcando pro XX. lib. Datum M$^{o.}$ CCC$^{o.}$ XX^{mo} III. in* Epiphania *domini* (6. Januar)].

Item *Pucheich* duo feoda, soluit quodlibet XXX. metretas auene.

Ibidem vnum feodum, [*Geori*] III. solidos denariorum. [*Tenet Levbolfinger*].

Item *Tœtenperig* VII. feoda, soluunt XXI. metretas siliginis, VII. modios auene, [*Geori*] VI. solidos denariorum minus V. denariis [*et VII. schôt lini. Tenet Goczauer*].

In ciuitate *Tekkendorf* soluunt ciues auenam subnotatam de purchlehen: Primo *Værel Chvnrat* I. modium auene. In dem purchting *Hagen Aeschwein* I. modium auene. Item *Tôldlinn* II. modios auene. Item *Sweikker Schœtzel* I. modium auene. Item *H. Gebitz* medium modium auene. Item *Chvnrad Hentz* VIII. metretas auene. Item *Philipp Forstœr* I. modium auene et VIII. metretas. [*Summa VII. modios auene*]. Et prescripti soluunt etiam XIIII$^{vim.}$ metretas siliginis [*quas tamen longo tempore non dederunt*].

Digitized by Google

Item *Sebach* [*Georı*] LXXII. denarios. [*Illos denarios tenet ecclesia inferioris Altahe cum stevra ibidem pro XXX. lib. defalcando. Datum M^mo.CCC^mo.XX^mo.*].

Item de molendinis [*octo*] apud *Mœlpogen* [*Georı*] mediam lib. denariorum. [*Geiganter*].

Item *Chogezz* [*Georı*] X. denarios, II. modios auene, I. schôt lini.

Item *Praitenpach* [*Georı*] XXXI. denarios, II. modios auene, [I. schôt lini et VIII. metretas siliginis.] [*Tenet Geiganter*].

Eyperg I. modium auene, II. metretas siliginis [*Georii*] X. denarios, [tenet *Levbolfinger*].

Angermœl vnam scaffam siliginis, porcum vel LX. denarios, [tenet *Leubolfinger*].

[f. 268.

Officium preconis de Plœdling.

Primo *Rotenpach* curia maior soluit quintam dimidiam scaffam siliginis, XI. scaffas auene, mediam scaffam tritici, mediam scaffam ordei, pro II^us. porcis mediam lib. denariorum et III. metretas papaueris, plœdlinger mensure, V. anseres, X. pullos, X. caseos, LX. oua. [*De hac curia recipit Gœvman. IIII^or. scaffas siliginis et II. scaffas auene, aliam tenet Alramus dictus Gœvman*].

Ibidem curia, quam tenuit *Nernchircher* soluit IIII^or. scaffas siliginis, III. scaffas auene, pro porco LX. denarios, IIII^or. anseres, VIII. pullos, VIII. caseos, LX. oua, II. metretas papaueris, plœdlinger mensure. [*Hanc curiam tenet Philippus Vorster cum curia dicta Halmchofen pro XXXVI. lib. defalcando annuatim IIII. lib. Datum Millesimo CCC^mo.XIX^mo.*, Rûdperti epi. (27. Mart.)]

Item *Pôning* due hûbe, soluit vna [*Georı*] mediam lib., X. denarios, item altera [*Georı*] mediam lib., V. denarios. [*Has duas hûbas tenet Levbolfinger pro refusione feodi in Naternberch Pavmgarterii*].

Item *Perchaim* due hûbe, quarum vna soluit IIII. scaffas siliginis, [*Michahelis*] I. lib. denariorum, IIII^or. caseos et LX. oua. [*Levbolfinger*].

Digitized by Google

Item secunda soluit Ił. scaffas siliginis, II. scaffas auene, [*Michahelis*] V. solidos denariorum, IIII$^{or.}$ caseos, LV. oua. [*Hanc hûbam tenet Chunradus notarius de Lindenprunn pro XV. lib. sub forma reemptionis.* Datum *M^{mo}·CCC^{mo}·XIX^{mo}.*].

Item de areis in *Rotenpach* [*Michahelis*] mediam lib., minus II. denariis. [*Tenet Levbolfinger*].

Item de aduocacia prediorum in *Metem*, quam tenuit *Savlberger*, XI. scaffas et XI. metretas tritici et siliginis. [Tenet *Katherina* filia *Levbolfingeri.*]

Item et de eadem aduocacia, quam tenuit abbas de *Metem*, XVł. scaffas tritici et XII. solidos denariorum [*Michahelis*]. [*De hac tenet idem abbas ex nunc octo scaffas et I. lib. denariorum et II. denarios*].

Item *Stainfvrtt* due curie, soluit quelibet III. scaffas siliginis [*Michahelis*], l. lib. denariorum, IIII$^{or.}$ caseos, XL. oua. [*Has duas curias tenet Hœrtwicus de Degenberch cum Viechtach*].

Item *Wischelburch* molendinum XXIIII$^{or.}$ pullos.

Item *Diethalmchofen* curia [*Geori*] I. lib. denariorum [*Vorster Philipp.*]

Item *Vennpach* curia VII. scaffas siliginis et [*Michahelis*] II. lib. denariorum. [*Hanc curiam tenet Hœrtwicus de Degenberch cum Chabers pro CCC. lib. defalcando*].

Item *Hœvnreichstorf:* curia maior V. scaffas siliginis, VI. scaffas auene, I. scaffam ordei, LX. metretas tritici plœdlinger mensure, pro sex porcis XII. solidos, IIII$^{or.}$ anseres, VIII. pullos, XVI. caseos. Ibidem curia minor [*incluso feodo ibidem*], II. scaffas siliginis, II. scaffas auene, mediam scaffam tritici, mediam scaffam ordei, pro censu [*Geori*] I. lib., pro II$^{bus.}$ porcis III. solidos, II. anseres, IIII$^{or.}$ pullos, X. caseos. [*Has duas curias tenet regina*].

Item de foro *Wischelburch* VII. modios tritici et [*Michahelis*] mediam lib. denariorum de schefflehen [*tenet predictus Vorster*].

Item in *sand Michelspûch* I. modium tritici [*tenet Lefvol vel Levbolfinger*].

Digitized by Google

Item in *Walhenstorf* solunt ex parte *Alnchoferii* VIII. scaffas siliginis. VIII. scaffas auene, et in festo Martini III. solidos metretarum auene wahlenstorffensis mensure et IX. metretas tritici, quarum metretarum LXXII. metrete faciunt I. scaffam tekkendorfensis mensure. Item pro censu XV. solidos. X. denarios in festo *Georii* [*pro nunc Michahelis*] et in Natiuitate domini sex chnielaib et X. caseos.

Item ibidem de XXXII. quartalibus, in pasca de quolibet I. caseum valentem denarium, et pro stevra ibidem XII. lib.

Item in *Hœvnrichstorf* molendinum VIII. metretas plœdingenses et II. pullos.

[*Nota, quod Vl. Levbolfinger tenet pro C^m. lib. et XXXVI. lib. denariorum defalcando, primo omnes redditus suprascriptos in Walhenstorf, excepta tantum stevra, item tenet curiam in Perchaim maiorem, item in Prevhavsen duo feoda, item Haid duo feoda, item in Pûcheich duo feoda, ibidem vnum. Datum M^mo.CCC^mo.XXI^mo. Mathie apostoli.* (24. Febr.)

Item *Hutenchouen* II. mod. tritici et XXVI. . . metretas tritici et semper post metretam I. modium.]

[268. b.

Item iste ville *Tætting*, *Oberndorf*, *Winden*, *Simling*, *Angermvl* sunt solute, sed tamen sunt assignate *Levbolfingerio* pro pûrchvta in *Naternberch* cum ipsorum redditibus. videlicet V. scaffis siliginis minus V. metretis, item XV. scaffis auene et VIII. metretis, pro censu XV. solidis, II. denariis, item pro stevra X. solidis, item in *Naternberch* duos ortos et quatuor tagwerch wismads. Item de areis in *Rôtenpach* mediam lib. minus II. denariis.

[*Notandum quod Katherina, filia Vl. Levbolfingerii, pro dotalicio ad Vl., filium H. Hohenvelseri, tenet triticum aduocacie, quod quondam tenuit Savlberger pro LXXX. sub forma reemptionis. Datum M^mo.CCC^mo.XXI^mo. in Purificacione.* (2. Febr.)

Notandum quod Alramus Gœvmanus defalcando tenet pro XX^ti. lib. residuos redditus curie in Rôtenpach, vltra quod Sweikker Gœvman tenet. Datum M^mo.CCC^mo.XXI^mo in Natiuitate beate virginis. (8. Sept.)

Digitized by Google

Nota Hiltprandus Geiganter tenet racione dotalicii sub forma reempcionis pro L. lib. Tœtenperg VII. feoda, Chogosse I. feodum, Praitenpach I. feodum, Mulpogen molendinum et vnum feodum in Grûb cum omnibus suis redditibus, excepta stewra, judicio et institucione. Datum M°·CCC°·XX^mo· in die beati Vdalrici. (4. Juli.)]

Notandum de mensuris in judicio *Tekkendorf.*

Primo XXXVI. metrete plædlingenses faciunt vnam scaffam tekkendorffensis mensure. Item XXX. metrete plædlingenses faciunt I. modium, et V. modii plædlingenses faciunt IIII^or· scaffas tekkendorffenses, et sciendum, quod scaffe in *Plædling* et *Tekkendorf* equipollent in mensura.

Item XXII. metrete tekkendorffenses tritici et siliginis faciunt I. scaffam tekkendorffensem, item XXIIII^or· metrete ordei et auene tekkendorffenses faciunt I. scaffam ibidem.

Item XXX. metrete tekkendorffenses faciunt I. modium tekkendorffensem et IIII^or· modii faciunt V. scaffas tekkendorffenses.

Item vnum *Ôl.* facit X. metretas in *Tekkendorf.*

Item II. metrete chastmetzen de *Hœbisch* faciunt vnam metretem tekkendorffensem.

f. 269.]

Judicium in *Viechtach.*

Primo dominus *Rûgerus* plebanus de *Aemprukk* tenuit curiam in *Ekk* et molendinum ibidem ex gratia pro sua persona, quam gratiam adhuc obtinuit et debet tenere predicta bona pro sua persona tantum, ita tamen, quod de eis soluat annuatim LX. denarios ad granarium ducis.

[*Item hanc curiam tenet exnunc et molendinum ibidem Heinricus Horenperger jure precario. Datum M°·CCC°·XXVI^to· in die beati Ambrosii, ita tamen quod soluat ad granarium ducis LX. solidos annuatim et . . .*]

Digitized by Google

Item *Chônrat Nvsberger* et filius eius tenuerunt castrum *Nvsberch* cum suis attinentiis et seldam *Nusbach* et censum in *Viechtah*, stevram in bonis propriis, que sunt: *Zæchenperig* tria bona, *Tierolts-perig* quatuor bona, *Gôkkenried* tria bona, *Perndorf* curia, *Hetzels-ried* tria bona, *Entzesgrûb* vnum feodum, *Aitnach* duo bona et *Aŵrchô* vnum pro CC. lib. X. lib. Item habuerunt literam pro XX$^{ti.}$ lib. super prescriptis bonis. Summa eorum CC. lib. Remi-serunt XXX. lib., remanent CC. lib.; pro hiis tenent adhuc omnia suprascripta.

[*Hic remanent VII. lib. soluti* de *censu in foro Viehtah.*]

Item *Weikker* de *Stadel* tenuit feoda *Stayn* et *Lamerpach* pro XX$^{ti.}$ lib. Remisit V. lib.; remanent XV. lib. Pro hiis tenet duo feoda in *Stayn* omni iure, ita tamen quod recipiat pro stevra VI. solidos tantum. *Lamerpach* est solutum.

Item *Hærtel Chamerdorffer* tenuit curiam *Liebhof* racione dota-licii pro LX. lib.; caruit instrumento, sed probauit; remisit XX. lib., remanent XL. lib.; pro hiis tenet predictam curiam omni iure.

Item *Ernoltzvelderinna* tenuit curiam *Reistorf*, item in der *Wuntz*, quod soluit dimidiam lib. denariorum, item *Tantstadel* me-diam curiam. Item curiam *Ainweger*. Item in judicio *Mitternvels: Christanscelle* curiam et molendinum exclusa stevra. Item feodum II. vor dem *Wald*. Item *Veldner* ibidem. Item curiam *Vndwagen*. Item *Poxperch* et *Ôd* pro LXXXXVII. lib.; instrumentis caruit, di-cebat ea esse exusta, sed probauit. Remisit XXXVII. lib., rema-nent LX. lib.; pro hiis tenet curiam *Reistorf*, que soluit omni jure IIII$^{or.}$ lib. minus XII. denariis. Item tenet in *Christanscell* curiam et molendinum sine stevra, que soluunt quatuor char. Item *Veld-ner* I. char cum stevra. Item vor dem *Wald* XXX. denarios cum stevra. Ipsa debet tenere pro persona sua IIII$^{or.}$ lib., et filii II. lib. Post obitum eius tenebunt filii totum. Cetera bona de pre-scriptis omnia sunt soluta.

Item *Jordan de Trefling* tenuit ex parte *Alberti* de *Strvbing* feodum *Rasman* et feodum an der *Wis* pro XXX. lib. Remisit X. lib., remanent XX$^{ti.}$ lib.; pro hiis tenet feodum *Rasman* omni jure; feodum an der *Wis* solutum.

Digitized by Google

[269 b.

Item *Hœrtneid Leutzenrieder* tenuit *Reichperndorf* tria bona, *Mitterried* quatuor bona, et *Maisse* pro XXIIII$^{or.}$ lib.; caruit instrumento et testimonio et ideo libere sunt soluta.

Item *Eberhart Nvsberger* tenuit villam in *Obernried* pro XLIIII$^{or.}$ lib. Remisit X. lib., remanent ei XXXIIII$^{or.}$ lib.; pro hiis tenet de stevra eiusdem ville IIII. lib., residuum stevre et census est ducis.

Item *Perchtold Swab* tenuit *Santgrůb* dimidiam lib. tantum, residuum est ducis. [*Est solutum, ita tamen quod debet tenere eandem curiam, quamdiv est bonus colonus.*]

Stephan filius *Schönnstainnerii* tenuit curiam in *Tantstadel*, *Ainweigshof*, item bona in der *Hohen Freihait* pro L. lib.; nihil remisit; adhuc tenet de *Tantstadel* VI. solidos, de *Ainweigshof* II. lib., de bonis in der *Hohenfreihait* XVIII. solidos ter in anno et non recipiat magis. Cetera sunt soluta.

Nota placita *Nvspergerii* de *Pignot*. Primo bona illa, que obligauit *Alberto* de *Strvbinga;* eadem debent eidem remanere, que sunt: Primo *Aůrchů* molendinum. Item *Obernaůrchů* feodum. Item *Hetzendorf* quatuor feoda. Item feodum *Vlrici* an dem *Weg*. Item *Fridrich* datz dem *Pavm*. Item *Vl*. an dem Weg, des *Chastner hof*. Item an der *Wis*. Item *Rapotendorf* duo bona. Bona etiam illa, que idem *Nvsperger* obligauit *Valchenstainerinne*, debent etiam eidem domine remanere, pro LX. lib. sub forma reempcionis, que sunt curia *Aůrchů*, curia *Etzendorf*. Item in der *Grůb Andre*. Item *Maiersried* duo feoda. Item assignauit idem *Nvsperger Johanni Pômflingerio* pro XX$^{ti.}$ lib. bona illa *Maierhof* et *Pergern*, que estimantur ad XXII. solidos reddituum, de quibus duci sex solidi sunt soluti. Residuas II. lib. debet tenere predictus *Pômflinger* pro XX$^{ti.}$ lib. denariorum. Adhuc remanent ipsi *Nuspergerio* de *Pignot* XL. lib.; pro hiis tenet curiam *Zisteinsperig* omni jure. Et cum hoc sunt soluti omnes redditus, quos predictus *Nusperger* tenuit in sequentibus bonis, videlicet *Taferhof*, *Pircheich*, *Chotzenpach*, *Pinkenried*, *Perleinsried*, *Tantstadel*, *Cholberspach*, *Rapotendorf*.

Item *Ramsperger Hiltprant* et fratres sui tenuerunt duas curias in *Pergern*, *Plassensperg* pro XXX. lib. Caruerunt instrumento, sed

Digitized by Google

probauerunt. Remiserunt XV. lib., remanent XV. lib. Pro hiis tenent curiam vnam in *Pergern*, in qua residet *Lindner* omni jure. [270.

Item *Heinricus Satelpoger* remisit duci LVII. lib., adhuc remanet sibi dux obligatus in C^{m} lib. Pro hiis tenet *Prœchenpach* curiam et molendinum. Item curiam *Melpach*. Item *Meilengrůb*, *Hartmansgrůb* et *Pœttenstorf* totam villam, estimata omnia pro censu et seruicio ad IIII$^{or.}$ lib., LXXV. denarios et pro stevra VI. lib. minus LXXV. denariis; si plus recipit, defalcabit. Et notandum, quod mediam partem, quam tenuit cum fratre suo *Friderico* in bonis *Lindaw* et duobus *Dôrflein*, dimisit solutam; altera media pars in eisdem bonis remanet fratri suo *Friderico* pro XXXIII. lib. Hanc etiam partem dimisit *Fridericus* solutam et illas XXXIII. lib. addidit C$^{m.}$ lib., quas habuit super *Weiborn* et aliis bonis, que sibi ab *Alberto* de *Strobinga* sunt obligata.

Item abbas *inferioris Althe* tenuit decimas in barrochiis *Regen* et *Chiriperch* et terciam partem mute ze der *Zwisel* pro CC. lib. Item tenuit judicium, homines et bona in *Regen* pro CC. lib. Item tenuit *Sebach* pro C$^{m.}$ lib. super quibus omnibus habuit instrumenta ducum *Ottonis*, *Stefani* et *Ludwici*. Item tenuit villas *Langdorf*, *Schônnekk*, *Cholbensperig*, et aliam villam ibidem situm [sc. *Swartzach*] pro CCC. lib. ex parte regis *Ludwici*. Item tenuit judicium *Helngersperig* defalcando pro CCC. lib., etiam ex parte regis *Ludwici*. Summa quorum est M. lib. C. lib. denariorum. De hiis remisit DC. lib. ex obligatione regis et CC. lib., quas habuit super foro *Regen*. Summa relaxacionis DCCC. lib., remanent sibi CCC. lib. De hiis debent expediri super decima barrochiarum *Regen* et *Chirichdorf* et super tercia parte mute ze der *Zwisel*.

Item *Chônradus Půchberger* tenet pro dotalicio ad vxorem suam pro L. lib. denariorum villam *Wetzleinsdorf*, *Hœrtweigern* feodum, *Viermůln* feodum, *Hœnlern* feodum, et *Půhel* feodum, omnia omni jure, que sunt estimata ad V. lib. LXX. denarios.

Item *Elizabeth Sumperngerinna* vna cum filia sua *Elizabeth* tenet II. lib. denariorum reddituum de decima in *Seifriedsried* et in *Ritzenmaisz* pro XX$^{ti.}$ lib. jure precario pro personis suis tantum.

Digitized by Google

271.]

Predia soluta in eodem judicio Viechtach.

Primo officium preconis in *Viechtach*.

Lamerpach [*Georii*] LV. denarios.

Item de *Tantstadel* [*IX. solidi Georii et IX. sol. Michahelis*] XVIII. sol. denariorum.

[*Item duo feoda ibidem I. lib. Georii et I. lib. Michahelis*].

Item de *Ainweigshof* II. lib. denariorum. [1])

In dem *Ried Mêllehen* [*Georii*] XX. den.

[*Ibidem Heinricus Hæntlær VII. metretas auene*].

Ibidem vnum feodum [*Georii*] VI. den metr. auene.

[*Ibidem . . . . V. metretas auene*].

Ibidem *Smidlehen* [*Georii*] III. den.

Ibidem duo feoda [*Georii*] XVIII. den. X. metretas auene.

Item in dem *Maizze* X. feoda [*Georii*] L. den.

Item de *Santgrûb* [*Georii*] V. sol. den.

Item *Taverhof* apud *Præmansperig* tria char siliginis, III. sol. den. pro porcis et II. pullos. [1])

Item *Jarman* [*Georii*] XXX. den.

Item *Adelgersmaizze* [*Georii*] LX. den., IX. metr. siliginis. *Omnes prescripte metrete sunt viechtaher.* [1])

Item avf dem *Pêhel* enhalb des *Regen* [*Georii*] XXVIII. den. [1])

Item in *Plasseinsperig* de duobus ortis V. den. quondam tenuerunt precones.

Item in der *Aitnach, Aderslehen* [*Georii*] XL. den.

Item de *Hohenfreihait* [*tribus vicibus, qualibet LX. den.*] VI. sol. den.

Item in dem *Obernried* [*XI. feoda*] XXII. mod. auene [2]) mensure parue, dienstmetzen, quorum metrete XX^ti. faciunt vnam me-

---

[1]) Sequuntur rasurae.

[2]) In margine: „Nota II. modii faciunt III. modios viechtaher."

Digitized by Google

tretam magnam viechtaher et semper [*Michahelis*] post modium I. den. et I. *chôlbel* lini. *Chôlbel* facit V. *reist* et IIII$^{or.}$ *chôlbel* faciunt unum schôt, et sic XXII. *chôlbel* faciunt VI. *schôt*. Item de stevra [*tribus vicibus, qualibet IX. sol. X. den.*] IIII^{t}. lib. den. in anno.

Ibidem de *zeidelberch* tria quartalia mellis vel [*Michahelis*] VI. sol. den.

Item *Geiganters grêb* quatuor bona [*Georii*] XVI. sol. Ibidem curia [*Georii*] XII. sol. den. [*Hec tenet Geiganter et dicit, esse sua feoda*].

Item *Sækkenried, Chrvbsæunting, Pûchperch, Hölenstain, Niderried* pro aduocacia dimid. lib.

Item de *Maierhof* et *Pergern* [*Georii*] VI. sol. den.

Item datz dem *Schevber* [*Georii*] VI. den. et II. mod. auene [*sed officiales dicunt V. metr. auene vichtahenses*].

[*Item Heinricus et Chunrat de Mairhof et suorum* [!] *heredes ze zeidelberch dant domino duci ex nouo singulis annis vnum ahtail mellis vel XXX. denarios*].

[271 b.

Officium preconis in *Pebrach*.

Primo *Chotzenbach* [*sex feoda Georii*] XXX. den., quodlibet V. den.

Item *Perleinsried* duo feoda [*Georii*] LXXX. den. et quodlibet III. metr. tritici, I. mod. auene [*dienstmetzen*], XXX. oua, II. caseos, I. metr. papaueris, I. schôt lini, et in avtumpno IIII$^{or.}$ pullos, IIII$^{or.}$ caseos.

Item *Pinkenried* [*Georii*] XXVIII. den.

Item *Rapotendorf Lacher* [*Michahelis*] V. den., V. metr. auene viechtaher.

Item de aurifodina [*Georii*] VIII. lib. den. [*nemo operatur*].

Item in villa *Pebrach* de IIII$^{or.}$ selden [*Georii*] LXIIII$^{or.}$ den.

Item dominus *Rûgerus* de *Aemprukk* [*Georii*] LX. den. de curia et molendino. [*Item Dræhselried Walth. Swab IX. metr. auene viechtaher. Ibidem Amman IX. metr. viechtaher auene*].

Digitized by Google

Item *Chaikkenried* IIII$^{or.}$ feoda, soluit quodlibet [*Georii*] XV. den., XXX. metr. auene, III. metr. tritici [*dienstmetzen*] XXX. oua, II. caseos [*tenet Hornperger*], II. pullos, I. schôt lini. Item in carnispriuio I. pullum.

Item *Pfæffenried* VIII. tagwerch.

Item *Gvmpenried* [*Georii*] XV. den. Item von der *Swartzach Sprængel* [*Georii*] XL. den. Item *Langdorf* VI. lib.

[*Mostorf Pabenmaizz, Perwinchel*, summa IIII$^{or.}$ lib.].

Item *Schônekk* [*Georii* I. lib. et *Michahelis* I. lib.].

Item *Chelnperig*. Item *Swartzach*.

[Nota. *Hertwicus* de *Degenberch* tenet *Langdorf, Schonekke, Chalnperch* et *Swartzag* pro . . lib. sub forma reempcionis. Datum M^{o}·CCC^{o}·XX^{mo}·IIII, tercia feria proxima post *Petri* et *Pauli*]. (6. Juli.)

Item *Chaikkenried* villa, quam tenuit *H. Satelpoger*, soluit [*Georii*] XLV. Ibidem *Ditericus* L. metr. auene, II. metr. tritici, II. schôt lini, II. metr. papaueris, IIII$^{or.}$ pullos, IIII$^{or.}$ caseos, LX. oua. Ibidem *Robel* I. metr. auene, III. metr. tritici, XXX. oua, II. caseos, I. schôt lini, I. metr. papaueris.

[Hanc villam modo tenet *Heinricus Hornperger* defalcando].

f. 272.]

Officium preconis in *Regen*.

Primo *Regen* [*Georii*] IIII. lib. den.

Post hec *Svmpring* sex feoda.

Item *Chætzleinstorf* due curie et selda. Primo vna curia soluit XX. sol. pro censu et stevra, II. mod. vel VI. den., IIII$^{or.}$ sniter vel IIII$^{or.}$ den., octo pullos, IIII$^{or.}$ caseos, LX. oua et I. quartale metrete papaueris, mensure regenspurgensis. Ibidem altera curia soluit tantum per omnia.

Item *Pircheich* III. curie *Rvmtingerii*.

Item in der *Grêb* tenet *Chælblinna*.

Item *Trestorf* due curie, tenet filius *Chælblinne*.

Digitized by Google

Item curia in *Pfol*, tenet *Pfoler*. Item *Radansperg* tres curie soluunt . . . [Tenent *Mostorffer*].

Item *Reichperndorf* I. curia cum selda. soluit . . .

Nota mensuras in judicio *Viechtach*. Primo: sex metrete viechtahenses faciunt I. char, et septem metrete viechtahenses faciunt vnam scaffam tekkendorffensem. Item XI. metrete rûdmarsvelder faciunt I. char, et XIII. metrete rûdmarsvelder faciunt I. scaffam tekkendorffensem de wintersat et XIIII$^{cim.}$ de svmersat. Item regner due metrete faciunt vnam metretam viechtaher.

Item nota dienstmetzen.

[2.3.

Judicium in Chamb.

Primo *Ebo* de *Tŵrdling* et fratres sui tenuerunt curiam in *Travbnach* cum decima et septem selden cum attinenciis pro LX. lib. Remiserunt X. lib., remanent L. lib., pro hiis tenent eandem curiam cum omni jure, sed debent dare duci annuatim vnam lib. den.

Item *Reimbot Gôtlinger* tenuit censum de areis in *Chambia* pro LX. lib. Item tenuit quinque lib. reddituum de theoloneo ibidem pro XL. et domum in ciuitate apud *Santtŵrel* pro XV. lib. Summa eius C$^{m.}$ lib. XV. lib. Remiserunt filii eius, qui nunc tenent, *Hœnsel* et fratres sui. L. lib., remanent eis LXV. lib., pro hiis tenent quinque lib. reddituum de theloneo et domum in ciuitate. Census de areis est solutus. [Item habet instrumentum pro C. lib. pro dotalicio].

Item *Chŵnradus Woffenprvnner* tenuit curiam *Wulfing* pro XXX. lib.; remisit X. lib., remanent ei XX. lib.; pro hiis tenet *Wulfing* curiam sine stevra, que est ducis.

Item *Rûdlant Gôtlinger* tenuit castrum *Pûchperch* cum attinentiis pro CC. lib. Item tenuit censum in *Mûnster* apud *Chambiam* pro C$^{m.}$ lib., XX. lib., LXIII. den. defalcando et de hiis receperat XXXVII. lib. Item tenuit in judicio *Eschelcamb: Aetzlern*, *Ried* et *Wœtzenried* pro C$^{m.}$ lib. LXXI. lib. LX. den. Summa eius D. lib. IIII. lib. III. den. Remisit CC. lib. IIII. lib. III. den. Rema-

Digitized by Google

nent sibi CCC. lib.; pro hiis tenet castrum *P̂ichperch* cum attinentiis. De censu in *M̂nster* XII. lib. annuatim et sic ville *Aetzlern*, *Ried* et *Wœtzenried* et octo lib. de censu in *M̂nster* sunt solute.

Item quinque lib. reddituum de *Aetzlern* sunt solute ex parte *Donerstainerii*, quia noua erat obligacio.

Item *Ch̊nradus* not. de *Lindenprunn* tenuit aduocaciam super bonis abbatis de *Rot* in *Chosting* pro XX^{ti}. lib. Remisit V. lib., remanent XV. lib.; pro hiis tenet XII. sol. reddituum de eadem aduocacia, residua cedent duci.

Item *Pesel Ramsperger* racione dotalicii tenuit redditus in *Fvrt* pro C^{m}. lib., XII. lib. Remisit XII. lib., remanent C^{m}. lib.; pro hiis tenet X. lib. reddituum in *Fvrt*.

Item *Perchtolt Stainberger* tenuit villam *Dôbersing* et aduocaciam *Zelkendorf* pro LX. lib., remisit omnia soluta.

273 b.]

Item *Milolt* tenuit curiam *Zemiching* pro L. lib., caruit instrumento, sed probauit. Remisit XX. lib., remanent XXX. lib. Pro hiis tenet redditus III. lib. De eadem curia residuum, videlicet III. lib., debet duci persoluere annuatim [remanebit ratum].

Item *V̊lricus Zantner* tenuit curiam *Pônting* pro XVIII. lib. Remisit VIII. lib.; remanent ei X. lib. Pro hiis tenet de predicta curia II. modios tritici et III. mod. siliginis. Residui redditus omnes sunt ducis.

Item *Seichaw* [pertinet in *Eschelhamb*] solutum a *Ramspergeriis* pro L. lib., quas in totum remiserunt.

Item iidem remiserunt in L. lib., quas habuerunt super stevra XXX^{orum} hominum retro ipsis in bonis eorum residentibus X. lib. adhuc remanent XL. lib., pro hiis tenent eandem stevram.

Item iidem tenuerunt in *Mospach* de marichfûter X. char pro XIIII. lib.; remiserunt III. lib., remanent X. lib.; pro hiis tenent de eadem marichfv̊ter octo char tantum, residua duo char et pulli sunt ducis et III. sol. den. [et VIII. den.].

Item relicta *Liebhart Ahaimerii* ostendit instrumentum pro LXXX. lib. super theoloneo in *Chamb* pro LXXX. lib. reddituum. Remisit

Digitized by Google

CCCC. lib. et L. lib. et XLV. lib. reddituum; remanent ei CCC. lib. et L. lib.; pro hiis debet tenere de eodem theoloneo XXXV. lib. reddituum annuatim.

Item *Hiltprant* de *Chameraŵ* tenuit *Zemiching* pro LXX. lib. racione dotalicii ad vxorem. Remisit XX$^{ti.}$ lib., remanent L. lib. den. Pro hiis tenet de villa *Zemiching* pro censv XVIII. sol. den., V. char auene, V. vierling siliginis et V. lib. pro stevra [remanet saluum].

Item *Chônrat* de *Chameraŵ* vna cum filia sua *Swartzenbergerinna* remisit soluta *Reinchaim* medium, *Rechtz* mediam partem et *Pleid* medium, quitquid ista soluunt. Ipsi vero habuerunt in eisdem bonis et aduocacia in *Miltach* CCCC. lib., minus XXX. lib.; de hiis remiserunt LXX. lib.; adhuc remanent eis CCC. lib., pro hiis tenent XLV. lib. reddituum de aduocacia in *Miltach* [et piscariam in *Lengaŵ*]. Residuas partes in *Reinchaim*, *Rechtz* et *Pleid* tenet *Swartzenberger*. De hiis est cum ipso placitandum. [Omnia sunt soluta].

[f. 274.

Item *Fridericus Satelpoger* remisit de marichfûter *Gabzell* VIII. char. auene, LX. den. et XL. pullos pro XI. lib. den. Bona vero, que sibi sunt obligata ex parte *Alberti* de *Strvbinga* in officio *Reimbotonis*, videlicet decima in *Weiborn* et alia bona, que *Albertus* sibi obligauit, quorum redditus se extendunt ad X. lib. XVIII. den., remanent sibi pro C$^{m.}$ lib. den.

[274 b.

Predia soluta in eodem judicio Chamb.

Primo de curia *Dravbnach* [*Michahelis*] I. lib. den.

Item de areis in *Chamb* [*Georii*] XVI. lib. den. et XXXVIII. den.

Item de *Mvnster* apud *Chamb* [IIII$^{or.}$ lib. *Georii* et *Michahelis* IIII$^{or.}$] VIII. lib. den. [tenet *Ch.* de *Chamerawe*, filius vicedomini].

Item de aduocacia in *Chôsting* IIII$^{or.}$ mod. tritici, VIII. mod. auene et linum pro LX. den. estimatum [et *Puch* XII. sol. den.]. Ibidem judici [*Michahelis*] XX. den.

Digitized by Google

Ibidem ecclesia [*Michahelis*] I. lib. den. [tenet judex].

Item *Milolt* de curia *Zemiching* [*Michahelis*] III. lib. den.

Item *Scherghôb* [*Michahelis*] XXVIII. den. [tenet preco].

Item de curia *Pônting*, quam tenet *Vlrich Zantner*, idem *Vlrich* recipit II. mod. tritici et II. mod. siliginis. Duci cedunt IIII$^{or.}$ mod. siliginis, II. mod. ordei, VII. mod. auene, I. mod. bisarum, II. porci vel media libra, VI. casei, II. anseres, VI. pulli, LX. oua.

[Nota: *Erhardus Pœtendorffer'* tenet LXXI. lib. tres curias in *Pônting* omni jure defalcando annis singulis VII. lib. Datum M^{mo} CCC$^{mo.}$XIX$^{mo.}$ feria secunda post Omnium sanctorum. (5. Nov.)]

Item de *Mospach* II. char. auene, [in Purificacione] III. sol. den., X. pullos. [Hoc pertinet ad marichfûter].

Item *Rœdling* curia *Maierhof* II. mod. tritici, XI. mod. siliginis, II. mod. ordei, IX. mod. auene, I. mod. bisarum, II. porcos halbgûlt.

Ibidem taberna I. porcum halbgvlt.

Ibidem *Rœdling* villa XIł. mod. siliginis, XIł. mod. auene, [*Georî*] XVII. sol. den. et pro festiuitatibus [*Georî*] mediam lib., XXX. caseos, XXX. pullos, I. lib. ouorum.

[Nota quod *Ebo* de *Tvrdling* et fratres suis tenent curiam et decimam in *Draubnach* omni jure sub forma reemptionis pro LXXVII. lib. den. . . .].

Item curia *Pônting*, quam tenuerunt pueri *Ernoltsvelderinne* II. mod. tritici, VII. mod. siliginis, II. mod. ordei, VII. mod. auene, I. mod. bisarum, VI. caseos, II. anseres, VI. pullos, LX. oua, II. porcos vel. med. lib. den. [tenet *Pœtendorffer*].

Item *Treting* XI. feoda [*Georî*] III. lib., minus XLIIII$^{or.}$ den., XI. zarg auene, et post zarg IIII$^{or.}$ metretas siliginis.

[Hec feoda tenet *Albert Rômtinger* pro L. lib. defalcando retenta. Datum M$^{mo.}$CCC$^{mo.}$XIX$^{mo.}$ *Galli* (16. Oct.)]

[Item *Dôbersing Georii* II. lib. X. den.].

Item *Tening* [*Georî*] XII. sol. XVI. den., VIII. zarg auene, et post zarg IIII$^{or.}$ metretas siliginis.

[Tenet *Hiltprand Chamerawer* pro D. lib. sub forma reempcionis cum omni jure et III. scaffas tritici in *Aholming* in judicio *Helngersperg*. Datum M^{o} CCC$^{o.}$ vicesimo secundo, *Vdalrici*. (6. Juli.)]

Digitized by Google

Item [IIII$^{or.}$ curia] *Zetes* [*Georı*] XIII. sol., VI. mod. auene, et post modios IIII$^{or.}$ metretas siliginis. [Tenet *Grûsel Wendinger*; est solutum ex nouo].

Item *Nevsazze* [*Georı*] XI. sol., V. den., XII. zarg auene, et post zarg IIII$^{or.}$ metretas siliginis.

Item *Maierperig* XX. med. habreins maltzes, II. mod. tritici, II. mod. hopfen, II. porcos vel med. lib. pro censu, L. den. [*Michahelis*].

[Tenet *H. Remtinger* pro XV. lib. defalcando. Dat. M$^{mo.}$ CCC$^{mo.}$XVX$^{mo.}$ in decollacione *Johannis* (29. Aug.)]

Item *Chnetzing* IIIIł. hûba, XXVIł. mod. siliginis, XXVII. chœs, IIIIł. auseres, IX. pullos. [Est soluta].

Item *Pônling* curia, quam tenuit *Albert* de *Strobing*, II. mod. tritici, VII. mod. siliginis, II. mod. ordei, VII. mod. auene, I. porcum vel LX. den., VI. caseos, II. anseres, VI. pullos. LX. oua.

Item *Wulting* [*Michahelis*] XX. den., XVIII. mod. siliginis, XVIII. caseos, III. anseres, VI. pullos.

[Nota *Ott Prunner* tenuit pro VIII. lib. sex lib. reddituum de *Chnetzing* et *Wulting* defalcando. Residui redditus sunt ducis. Datum M$^{mo.}$CCC$^{mo.}$XIX$^{mo.}$ feria secunda post Omnium sanctorum. (3. Nov.)]

Judicium in Eschelchamb. [f. 275.

Prima *Chûnradus* de *Tængelsried* tenuit *Michelaigen* quatuor bona pro XX$^{ti.}$ lib., que libere sunt soluta.

Item *Chûnrad Gôtlinger* tenuit *Langenperig* censum cum stevra pro LIIII$^{or.}$ lib., caruit instrumento, sed probauit, remisit XIIII$^{cim.}$ lib., remanent XL. lib.; pro hiis tenet predictum censum et stevram ita, quod de eis recipiat IIII$^{or.}$ lib. annuatim et non plus.

Item *Chîzzenpfenninch* de *Chambia* tenuit *Weiding* duas partes ex redditibus pro LXXIII. lib.; remisit XXXIII. lib., remanent XL. lib.; pro hiis tenet IIII$^{or.}$ lib. ex predictis redditibus annuatim.

Item *Perchtold Grœzl* tenuit *Gôtzleinspûchperch* et mediam lib. de *Favssendorf* et tabernam in *Weinting* in judicio *Elnpach* pro LX. lib.; remisit XX. lib., remanent XL. lib.; pro hiis tenet plane de *Gôtzleinspûchperch* IIII$^{or.}$ lib. minus L. den. et tabernam in *Wein-*

Digitized by Google

ting. Redditus sui in *Fœvssendorf* sunt soluti. [Hic remanent ex nouo soluti II. lib. X. den.].

Item *Chônradus Ramsperger* pro dotalicio tenuit in *Weiding* III. lib. reddituum et de duobus curiis in *Eschelchamb* pro aduocacia II. lib. pro L. lib. Hec eadem adhuc tenet pro denariis supradictis.

Item *Heinricus Rômtinger* gener *Chameraŵerii* tenuit duo *Ratperndorf*, *Tælking*, et *Reiseich*.

Item *Heinricus Rvmtinger* junior tenet *Chôpfleinsried* cum aliis bonis in judicio *Aerding* pro C$^{m.}$ lib. den.

Item *Levtgard Altmanninn* ab dem *Aigen* tenuit ex parte mariti forum in *Eschelchamb* omni jure pro XLII. lib. Item tenuit piscariam, que manat von dem *Aigen* vsque *Fvrt* pro XX$^{ti.}$ lib. Summa LXII. lib.; remisit XXII. lib., remanent XL. lib.; pro hiis tenet piscariam, que est estimata ad III. lib. et vnam lib. de censu in *Eschelchamb*. [Remanet saluum instrumentum].

Item census in *Nevnkirchen*, videlicet II. lib., minus I. den. et stevra, octo lib. solute sunt ex parte *Geler*, quia tenuit sine causa.

f. 276.] *Predia soluta in eodem judicio Eschelchamb.*

Primo *Seichaŵ* soluit [*Georí*] XX. sol., X. den. pro censu. Ibidem XI. feoda, soluit quodlibet I. metretam auene, quarum IIII$^{or.}$ metr. faciunt I. char.

Item *Michelaigen* IIII$^{or.}$ feoda [*Georí*] mediam lib. den. et XIII. den., I. mod. auene et X. den. [*in Purificacione*].

Ibidem curia *Geler* [*Georí*] LX. den.

Item de [*Hartperch* apud] *Fœvssendorf* ex parte *Grœvlonis* soluitur [*Georí*] med. lib. den.

Ibidem III. char. auene.

Item *Obernratperndorf* [*Georí*] I. lib. den., V. den.

Item *Nidernratperndorf* [*Georí*] I. lib., XXVI. den.

Item *Ried* [*Georí*] III$^{or.}$ lib. et LXXVI. den., LVI. metr. tritici et post I. metr. tritici. II. metr. auene.

Item *Wœtzenried* [*Georí*] IIII$^{or.}$ lib., XXIIII$^{or.}$ den., III. sol. et X. metr. tritici et post I. metr. tritici II. metr. auene.

Digitized by Google

Item *Aetzlern* [*Geori*] XIII. sol. et X. den., XLVIIII. metr. tritici et post metr. tritici, II. metr. auene.

Item *Langpûchperch* [*Geori*] XV. sol., III. den. pro censu, XLVIIII. metr. tritici et post metr. tritici II. metr. auene.

Item *Langenperig* recipit *Chûnradus Gôtlinger* [*Geori*] IIII$^{or.}$ lib.; annona est ducis, videlicet XVII. metr. tritici, XXXIIII$^{or.}$ metr. auene.

Item *Gôtzleinspûchperch* [*I. lib. XIIII$^{or.}$ den.*] VIIII. feodum, soluit quodlibet IIII$^{or.}$ metr. tritici, VIII. metr. auene.

Item de *Reinchaim* XX. zarg auene.

Item *Oberndôrfflein* VIII. feoda, soluit quodlibet II. metr. tritici, IIII$^{or.}$ metr. auene et [*Geori*] med. lib. minus VIII. den.

Item *Niderndôrfflein* sex curie, soluit quelibet IIII$^{or.}$ metr. tritici, VIII. metr. auene et quelibet [*Geori*] XXXVIIII. den., facit I. lib. minus VI. den.

Item *Nevnchirchen* villa [*Geori*] II. lib. minus I. den.

Item forum *Eschelchamb* pro censu [*Geori*] X. sol., XVI. den. et pro cereuisia III. sol., X. den. De hiis cedunt *Altmanninne* I. lib. den. Remanent duci VI. sol. min. IIII$^{or.}$ den.

Item *Prênst* [*Geori*] XI. sol. et VIII. den., XLI. metr. tritici et post metr. tritici II. metr. auene.

Item *Scheibelperg* [*Geori*] III. sol. den., II. den.

Ibidem *Mitterpûchperch* [*XVI. feoda Geori*] XXII. sol. et III. den.

Ibidem [*eadem*] feoda, soluit quodlibet IIII$^{or.}$ metr. tritici, VIII. metr. auene.

Item de *Weiding* XXVIII. zarg auene [*tenet Chûssenpfennig*].

Item *Aigelshof* [*Geori*] XX. sol., XII. den., XII. metr. tritici. XXIIII$^{or.}$ metr. auene.

Item *Obernpûchperch* [*Geori*] I. lib. minus VIII. den.

Item *Niderupûchperch* [*Geori*] I. lib. minus VI. den. [*Hec duo nemo scit, nec possunt inueniri*].

Item *Niderupûchperch* [*Geori*] I. lib. minus VI. den.

Item *Weingarten* [*Geori*] XLVII. den.

Item *Chœpfing* [*Geori*] III. sol. den. et I. den.

Item *Chrotendorf* [*Geori*] med. lib. Item *Chager* [*Geori*] III. sol. den. X. den.

Digitized by Google

Item *Fronmaizz* [*Georî*] VII. sol. den. Item *Praitenreut* [*Georî*] LX. den.

Item *Reisach* [*Georî*] V. sol. minus I. den. [*tenet H. Rômtinger*].

Item *Chochenried* [*Georî*] XLVII. den. Item de *Dôbersing* [*Georî*] XXVIII. den.

Item de prouincia [*Georî*] LXXX. den. pro cereuisia.

[Zedlitz villa [*Georî*] *III. sol. X. den. pro censu* [*est solutum ex nouo*] *tenet Gôtfridus Wendinger cum villa Zetez in judicio Chamb pro L. lib. sub forma reempcionis, excepto judicio cum omni jure. Datum Millesimo CCCo. vicesimo quarto, in die beati Vrbani* (25. Mai).

Nota Erhardus Pœtendorfer tenet totum censum in judicio Eschelchamb ad presens solutum pro LX. lib. annuatim defalcando eundem censum. Datum instrumenti Millesimo CCCo. vicesimo tercio in annunciacione beate Marie virginis in Quadragesima. (25. Mart.)

Item de primo anno Mo. CCCo. XXIIImo. recepit XIIIIor. lib. III. den.

Item de secundo anno Mo. CCCo. XXXIIIIor. recepit XIIIIor. lib.

Item de tercio anno Mo. CCCo. XXVto. XIIIIor. lib. XII. den.

Item de quarto anno Mo. CCCo. XXVIto. XIIIIor. lib. LVI. den.

Mo. CCCo. XXVIImo. XIIIIor. lib. L. den.

Summa LXX. lib. dimid. lib. I. den.].

f. 277.] *Judicium in Monaco.*

Primo *Heinricus Romtinger* tenuit *Ried* apud *Gleizzenperig* cum molendino pro Cm. lib.; caruit instrumento, sed probauit, remisit X. lib., remanent LXXXX. lib., pro hiis tenet *Ried* villam, de qua debet recipere IX. lib. tantum et est refusio pro castro *Tôrtenvelt*, de quo dicebat habere jus hereditarium ex parte vxoris, videlicet sorore *Semmani*. Molendinum in *Ried* est solutum.

Item *Dietericus Geiganter* tenuit *Chatzpach* pro XXti. lib., remisit V. lib., remanent ei XV. lib., pro hiis tenet XII. sol. reddituum tantum.

Item *Heinrich Ramsperger* tenuit castrum *Sneberch* cum suis attinenciis pro CCC. lib. LXXI. lib. den. Remisit L. lib., remanent CCC. lib. XXI. lib. den. Pro hiis tenet castrum *Sneberch* cum omnibus suis attinenciis omni jure, censu, stevra, judicio et omni prouentu, quorum redditus se extendunt ad XXXVI. lib. med. lib. III. den.

Digitized by Google

[f. 278.

Predita soluta in eodem judicio monacensi.

Primo *Ried* molendinum III. sol. den.

Item *Chatzpach* med. lib. den. Item *Hônœrn* med. lib. den.

Item *Engelmarsprunn* curia VII. sol. et III. den.

Datz dem *Hœvslein* med. lib. minus XII. den. Summa XXI. sol. XXI. den.

[f. 279.

Judicium in Mitternvels.

Primo *Perchtoldus Rimperger* tenuit *Zeidlarn*, *Swartzach*, *Haid* in dem *Ried*, *Hŏndeldorf*, estimata pro XIII. lib. minus XL. den. pro LX. lib. Caruit instrumento, sed probauit. Remisit XXX. lib., remanent XXX. lib. Pro hiis tenet *Zeidlarn* villam cum annona et denariis censualibus in feodo Ottonis ibidem, qui remanent duci, et excepta stevra in omnibus bonis, que etiam est soluta cum ceteris bonis suprascriptis.

Item *Hœnsel Hager* tenuit *Rosenhof*, *Haselbach*, *Herrenperig*, *Willoltsperch* duas curias, *Rŏtzescelle*, *Chopfmŏl* pro LX. lib.; caruit instrumento sed probauit; remisit XX^ti. lib., remanent XL. lib. Pro hiis tenet *Rosenhof* cum stevra, soluit vnam lib. Item tenet in *Haselbach* tabernam et smidstat vnam lib. et *Herrenperig* curiam superiorem, que soluit IIII. mod. auene pro aduocacia. Cetera sunt soluta.

[*Remisit X. lib., adhuc remanent XXX. lib., pro hiis tenet bona suprascripta omni jure defalcando III. lib.; Rosenhof curia est soluta*].

Item *Stainpŭhlinn* tenuit bona subscripta: *Pennried* V. bona, *Ried* tria bona, *Chager* duo bona pro LX. lib.; item tenuit *Haselbach* et *Pugenhofen* pro XLVI. lib., summa C^m. lib. VI. lib. Remisit XXVI. lib., remanent LXXX. lib. Pro hiis tenet quinque bona in *Pennried*, tria bona in *Ried*, et in *Chager* vnum feodum, videlicet *Vlrici*, omni jure, et in altero feodo ibi, vbi residet *Chŭnradus*, stevram tantum. Census in eodem feodo cum *Haselbach* et *Pugenhofen* sunt soluta.

Digitized by Google

Item *Perchtolt Stainberger* tenuit *Nevnhausen* [*Mitternvels*] *et Otzing* in judicio *Tekkendorf* pro C^m. lib. XV. lib. Hec bona ante plures annos ceciderant in commissum ita, quod tenuit pro suo directo feodo, de quo iam cessit libere, ita quod dux a festo purificacionis proxime venturo [in tribus annis] potest absoluere pro denariis supradictis, quod si non fecerit, extunc ipsa bona tenebit in posterum iusto tytulo feodali.

Jabob de *Staineich* tenuit aduocaciam super octo hůbis minus vno quartali in *Staineich* et *Wolfoltzcelle* pro C^m. lib., L. lib. den. Caruit instrumentis, sed probauit. Remisit XXX. lib., remanent C^m. lib., XX. lib., pro hiis tenet aduocaciam in *Staineich* predictam de hůbis, que soluit octo lib. minus LX. den., et pro molpfenning de eisdem III. sol. den. Item in *Wolfoltzelle* XX. sol. tantum pro censu. Stevra est ducis. Item molendinator ibidem pro stevra tantum V. sol. den. Item curia *Haiderii* VI. sol. pro stevra tantum. Soluta est stevra tantum de *Wolfoltzcell*, que ad VI. lib. den. estimatur.

f. 279 b.]

Item *Wôlfel Ramstorffer* tenuit pro LII. lib. in der *Pebrach* quinque bona. *Chager* duo feoda, *Niderachager* vnum feodum. *Wintsteig* feodum: remisit XII. lib., remanent XL. lib. Pro hiis tenet in der *Pebrach* quinque bona omni jure, et debet recipere annuatim de eisdem pro stevra duas lib. tantum et non vltra. Cetera sunt soluta.

Item *Petrus Vorster* tenuit stevram de hominibus suis in bonis suis residentibus pro XXXII. lib. Remisit XII. lib., remanent XX^ti. lib.; pro hiis tenet eandem stevram defalcando annis singulis VI. lib. den.

Item pueri *Hermanni Wisenterii* tenuerunt medium *Werd* in *Chessnach* et XV. dietas feni et theoloneum in *Plœdling* pro CCC. lib. XVII. lib. LXXX. den. Remiserunt LXVII. lib. LXXX. den.; remanent CC. lib. L. lib. Pro hiis tenent medium *Werd* in *Chessnach* et XV. dietas feni ibidem, et XVI. lib. reddituum annis singulis de theoloneo in *Plœdling*.

Digitized by Google

Item *Chênradus Gnvsser* tenuit *Lantoltsperch* et duas selden pro XXX. lib. Remisit V. lib., remanent XXV. lib.; pro hiis tenet bona eadem sicut prius.

